

THEODORVS POLMANNVS POETA.



Theodorus Graneburgi in ducatu Chiuensi natus & educatus est. Hic à pueris operam literis dedit, & in ijs haud mediocriter profecit. In primis uerò naturali quodam instinctu ad Poëticam peruenit, & in ea arte quicquid uoluit impetravit. Exercuit quidem Theodorus artificium quoque, & pannitonfor extitit, ut honestius uiueret. Verùm subinde Poëtas in manibus uoluit & reuoluit. Itaque factum, ut plurima Poëmata conscriperit, atq; ipsum Prudentiū & Sedulium ueteres Poëtas cum laude restituerit. Is etiamnum Antuerpiæ habitat, & inter Poëtas magnum sibi nomen ob ingenij fœlicitatem comparat. Anon.